



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Hastilvdivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

sua religionis, quomodo sunt excommunicati, suprà. Excommunicatio §3. Apostolica. §. 6. ex causa tamen rationabili potest quis dimittere, vt dum vult se balneare, vel honeste recreare, & postmodum assumere. Alter dimittens, vel occultans dum procedit in publicum, ita vt non cognoscatur religiosus, mortaliter peccat, & incidit in canonem. cleri, vt periculosa. ne clerici vel monach. Et licet inter doctores sit magna diversitas: tamen, quia talis ita occultans habitum, vt à conuersanib[us] cum illo non reputetur religiosus, vagandi materiam habet, ac si materialiter habitum dimisisset, quæ vagandi occasio pro ratione ponitur in canone, ideo talem nō euadere sententiam, etiam quod materialiter non deponat, crediderim, & ita tenet Caietanus verb. excommunicatio. canone 61. Et Sil. videtur idem sentire. verbo, excommunicatio nona. §. vigesimoquarto. notabili. quarto. & in verbo, habitus. §. tertio dicit allegans Archipresby, quod monachus viens habitu clericorum secularium, vt non appareat monachus, vel non cognoscatur vel propter verecundiam, vel propter vanitatem, non euadit mortale, nec sententiam. suprà. Excommunicatio quinquagesimatertia. Cauant itaque religiosi ab habitus occultatione.

S E C U L A R E S videntes veste religiosa, sive mascularem, sive feminaram causam ludi, ex levitate, sive irrisione, & turpitudine, non videntur mortaliter peccare: quia nullo iure hoc est probabile. Si autem hoc faciant causa vituperij: secundum glossam in capitulo, cum decorum, de vita & honestate clericorum cum prohibitum sit vti habitu monachali, vel alio religioso, & hoc faciens grauitate punitur. in authentica de sanctis Episcopis. §. ultimo, columna 9. consequenter mortaliter videntur peccare. Imò etiam quod non fiat hac de causa, si tamen fiat cum ludibrio, vt cum deferuntur laici, verè, vel apparenter, vt iam s' iur. deli. l. fin.

HÆREDITAS.

HA STILVDI VM, quod sit, quādo duo milites curvant cum lan- ceis, unus contra alium: quia ibi com- muniter nō interuenit mors, seu mu- tilatio, non est ex suo genere mortale peccatum, & similiter quicunq[ue] aliudus militaris, similem habens con- ditionem. Si tamen verum est ibi: vt in pluribus, non adesse peticulum per sonale, propter quod torneamenta damnantur. de tor. c. felicis. infra, tor- neamentum. per totum. Et cum hoc mortale non sit, licebit dominis per- mittere huiusmodi, & alijs cum de- lectione inspicere.

HÆREDITAS est successio in ius vniuersum, quod defunctus habuit tempore mortis: secundū Barto. in rub. de acqui. hæred. ff. & ea da- ta, vel vēdita, trāsit in ius patronatus, & omnia iura, secundum Innoc. in c. ex literis. de iur. patro.

S E C U N D U M ius gentium, hæres non sucedebat in ius vniuersum de- functi, sed capiebat bona tāquam va- cātia, ex hoc sequitur, quod hæres nō tenetur in conscientia (quæ sequitur hoc iur) ultra vires hæreditatis. C. de laicū, verè, vel apparenter, vt iam s' iur. deli. l. fin.

QUANDO defunctus ab intellago